6	θ	*Borealis.*		
δ	ι	*Supra humerum dextum.*		
11	κ	*In femine ſiniſtro.*		
1	λ	*Tiaræ propè auriculam, tertia.*		
13	μ	*Ultimæ.*		
14	ν	*In Cervice.*		
7	ξ	*Ad humeri dextri ſummitatem*, ἐν τῷ ἀκρωμίῳ.	7	5
15	ο	*In dextro brachio*, ἐν τῷ πρεπηχίῳ		
16	π	*Apud Corylam dextram.*		
17	ρ	*In femine dextro.*		

Jovis & Saturni participant naturam.

Secundùm Arabes, Sellæ, η θ *alas* γ. *verò* κ. π. ρ. *quas partim reſtituimus, Paſtorem, Canem & oves conſtituunt.* A. *Polus Arcticus, Maroni vertex ſublimis, quem græci* ἀπὸ τοῦ πολεῖν, *verſare deducunt, conſule Macrob. in ſom. Scipionis lib.* 1. *c.* 16. *Ariſtotelem libello de mundo*, τοῦ ἤ σημπαντος οὐρανοῦ τέ, &c. B. *Polus Eclipticæ* C. *Phænice, aliis Dhub. Elezguar.* D. *Circulus lacteus.* Ὁ γαλαξίας, *Junonius, veſtigium ſolis, Ptolomæo Faſcia, zona, via lactis, peruſta, vulgo D. Jacobi. Conſtat hic Circulus, ex teui nebuloſa ſubſtantia, aliqua ſui parte latiore. aliqua anguſtiore, ſuper tropicos obliquatus. Achilles ſtatius*, ὁ γαλαξίας ἐστίν, ὁ ἐν τῇ σφαίρᾳ καταχεχρισμένος κηρῷ λευκῷ, *non* λόγῳ θεωρητικός, *ut penè omnes reliqui ſphæræ circuli, ſed quia viſu notatur, hîc ceu fluminis diverticulo, ſenſilis eſt.*

Pes dexter, Urſæ majoris, interpretandus ſiniſter, hic dexter: hoc non fortuito, ſed conſultò, exempli loco fieri curavimus, ratio attentiùs conſideranti facile patebit. Hic in Cepheo & quaſi omnibus noſtris ſeqq. deſcriptionibus, pro dextro, tabulæ Ptolomæi, Alphonſi, Copernici, Tychonis, &c. Siniſtrum & vice verſa, ſubſtituunt, quod obſervandum.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn267999623/27 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG